ORIOLENSIS
INCOMPATIBILITATIS
FIDEICOMMISSI.
PRO
DOMNA MARIANA DE LOS COBOS,
VXORE LEGITIMA D. FERDINANDI DE Pando, Sancta-Cruz, Supremi Senatus Sanctæ Inquisitionis rerum Fiscalium, Agente Generali.

N. 1. PROCVLDVBIO Maioratus institutus ab Andrea de Soler, Cive quódam Oriolensi, sub Anno 1590. est incompatibilis cum Maioratu de Zanoguera, in finibus Civitatis Valentinæ consiti, prout dissertissimè institutionis series decantat. Ait Fundator in 6. sui Testamenti Clausula: *Y en tal caso, que el dicho Hijo mayor de la dicha mi Hermana tenga (como se hà dicho) el Molino, y Casa de los Zanogueras: En tal caso, dexo por Heredero de mis bienes, y herencias, al Hijo segundo de la dicha mi Hermana, para que vsufructue mis bienes, y herencia todos los dias de su vida.*

2. In subsequentibus Clausulis, videlicet 7. 8. 9. & 10. orditur successionem huius Fideicommissi inter Filios Secundogenitos Sororis, & eorum Descendentes Masculos: in quorum defectum invitat, ac substituit Fœminas, sub hac conceptione verborum: *Y si caso fuere, que dicha mi Hermana no tenga Hijos Masculos; en tal caso, dexo por mi Heredera à la Hija segunda de mi Hermana, siendo*

la primera Hija de mi Hermana heredera de los Zanogueras.

3. In Clauſula 14. hanc ſubijcit declarationem: *Declaro, que ſi el Hijo mayor de mi Hermana morirà ſin Hijo, ni dexar Deſcendencia, en dicho caſo, quiero, que el Heredero de mis bienes, y herencia, ſea el tercer Hijo de mi Hermana, ſiendo el ſegundo Hijo de mi Hermana Heredero de los Zanogueras, de la forma, y manera arriba dicha.*

4. Rûrſus in 3. Codicillorum Clauſula optionem tribuit Primogenito, per hæc verba: *Y es mi voluntad, que el Hijo mayor tenga facultad de elegir la herencia de los Zanogueras, y las 4600. libras, contenidas en dicho Teſtamento, dexadas por mi à aquel en dicho Teſtamento, ò tomar mi herencia; y ſer mi Heredero, como lo dexo à la voluntad de aquel.* Admonendum interim, hanc optandi Facultatem ſuper re tranſmiſsibili adiectam, realem quoad omnes Primogenitos fore cenſendam: *Ex Theorica Text. in leg. Servus 34. D. de Statu Liberis*, Larrea *deciſ. 31. ex num. 12.*

5. Rùrſus, & in 4. eorundem Codicillorum Clauſula: *Y ſi acaſo fuere, què el dicho Hijo mayor de mi Hermana eligirà, y querrà ſer mi Heredero; en tal caſo, el ſegundo Hijo de mi Hermana aya de tomar dicha herencia de los Zanogueras, juntamente con las 4600. libras, porque aſsi es mi voluntad.*

6. Harum Clauſularum recenſita ſeries, quam evidentius oſtendit incompatibilitatem huius Primogenij, cum altero de los Zanogueras, eo ſucceſſu, vt vanum, & inutile ſit, ab argumentis eam petere, *l. Ille, aut ille 25. §. Cum in verbis, leg. Non aliter 69. D. de Legat. 3.* obſervat in ſpecie Doctiſsimus Ludovic. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 2. num 28.* in hæc verba: *Sexta limitatio ſit, quando ex Maioratus diſpoſitione Filius Secundogenitus, excluſo Primogenito ad eius ſucceſsionem invitatur. Tunc enim Secundogenitus Primogenitum, ab eiuſdem Maioratus ſucceſsione excludet. Idque, quando Maioratus inſtitutor expreſsè diſponit, vel ex apertiſsimis coniecturis comprehendi poteſt proculdubio obſervandum eſt.*

7. Nec deſunt argumenta, quæ hanc eandem intentionem ſuadeant. Prima conſurgit ex præcepto nuncupandi Nominis *de Soler*, cum illa reſtrictione: *Y no de*

otra

otra manera, quæ idem importare videtur, *ac solum*, vel *dumtaxat*: Et efficit, vt Successor Maioratus, cui iniuncta est ea conditio (Iuris Censura honestissima, *l. Facta* 63. §. *Si verò, D. ad Trebell.* Escobar *de Puritat. part.* 1. *q.* 4. §. 7. *ex num.* 109.) alium diversi Cognominis, & eiusdem gravaminis obtinere non possit. Docent Molin. *lib.* 2. *cap.* 14. *ex num.* 26. Valenç. *cons.* 69. *à num.* 26. Castill. *lib.* 6. *Controvers. cap.* 136. *num.* 77. *cap.* 160. *num.* 7. *& cap.* 180. *num.* 18. Roxas *de Incompatibilit. part.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 39.

8. Secunda coniectura initur præcepto residendi in Civitate Oriolensi, quæ viribus naturæ incompossibilis est cum habitatione Valentina, vbi situs est Maioratus de Zanoguera, & consequenter inducit incompatibilitatem; Roxas *part.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 59.

9. Tertiam ministrat contextus Clausulæ 16. in illis verbis: *Y si fuere caso, que la Sucession de mi Hermana faltasse de tal manera, sin dexar Hijos, ò Hija; en tal caso, dexo, y nombro por Heredero de mis bienes, y herencia, à la dicha Doña Geronima Soler, mi Hermana, para que haga de mis bienes à su voluntad* (quemadmodum Iure Communi cavetur, *leg. Qui solidum* 78. §. *Prædium, D. de Legat.* 2) *como de cosa suya propria; y que aquella dexe mis bienes, y herencia, à quien bien visto le serà: Excepto, que no pueda dexar mis bienes à los Zanogueras, por ninguna via, porque esta es mi voluntad.*

10. Per Argumentum de maiori ad minus, quod in Iure efficacissimum est, & si concipiatur negativè, apodicticum, *l. In suis* 11. *ad fin. D. de Liber. & Posthum. l. Nec in ea* 22. §. *Sed, qui occidere* 3. *D. ad Leg. Iul. de Adulter. Authent. Muito magis, C. de Sacrosanct. Eccles. cap. Si ergò* 16. *caus.* 8. *quæst.* 1. *cap. Per Venerabilem* 13. *qui Filij sint legitim.* Barbos. *loco* 67 *&* 73.

11. Est equidem longè, & incomparabiliter durius, Legem incompatibilitatis dicere bonis Fideicommissi, pro tempore, quo Iure quiritum censenda, & in libertatem reducenda sunt, quam in statu Maioratus: hoc enim vno (qui, & aptior, & frequentior est, vt observat Card. de Luca *de Fideicommiss. in Summar. num.* 76.) assequuntur intenti fines, non obumbrandi memoriam Fundatorum, Nomine, & Stemmate cum Extraneis confu-

fuſo, qui ſunt præcipui, & obij in hac conditionis adiectione, *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* Alciat. *Reſponſ.* 101. *num.* 17.*lib.9*. Caſtill. *lib.6.Controverſiar.cap.*181.*num.*8. Roxas *part.3.cap.5.ex num.9.*

12. Hæc igitur exotica, & inaſſueta cautio ſignificat, & plane oſtendit enixam voluntatem Teſtatoris,& animi ſententiam in ſtabilienda incompatibilitate Maioratus à ſe inſtituti, cum altero de Zanoguera; cum eorundem vnionem in omnem eventum arceat, & in perpetuum removeat; adinſtar ſortium, quæ ex diviſione Tribubus Iſraeliticis obtigerunt, vt dicit Gloſſ. Ordin. Numeror.*cap.fin.* ibi: *Quæ quidem ratio finalis eſt,vt diviſio hæreditatum fienda inter Tribus,perpetua remaneat,ita quod nihil de Terra, quæ in ſortem Tribus Iudæ cederet,poſſet aliquando reverti ad Tribum Benjamin.*

Hæc incompatibilitas eſt realis.

13. Hæc incompatibilitas eſt realis, & afficit vniverſos ſucceſsionum gradus: quia Teſtator in omnibus, tàm exiſtentibus, quàm poſsibilibus illam expreſsit, & velut obſignavit, quod certè omnem relegat ambiguitatem, *l. Omnia* 32. *aliàs leg. Cum ita*, §. *In Fideicommiſſo*, *D. de Legat.* 2. ibi: *Niſi ſpecialiter Defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.* Cum ſimilibus.

14. Equidem abundat hæc ſæpius geminata incompatibilitatis proviſio; quia illa ſecundum ſe, & ſuapte natura vni dumtaxat gradui ſubſtitutionis adiecta,cæteros vſque in infinitum tranſcendit, quia par in omnibus, & prorſus identifica militat ratio. Docent ex locupletiſsima penu, D. Ioann. del Caſtill. *lib.* 6. *Controverſ. tot. cap.* 181. Larr. *deciſ. Granatenſ.* 50. Roxas *de Incompatibilit. part.* 4. *cap.* 2. *ex num.* 32. vbi illius *Adauthor* hanc ſententiam ſine diſcrimine admittit in Maioratu pro tranſverſalibus inſtituto, quæ eſt huius litis ſpecies: Caſtellanis dictionibus accommodatior.

15. Hæc veriſsima, & recepta Sententia derivatur ad incompatibilitatem ſecundo, tertio, vel vlteriori gradui ſubſtitutionis adiectam: Argum. Text. *in leg.* 3. §. *Filium, D. de Liber. & Poſthum.* Roxas *part.*4. *cap.* 2. *num.* 37. Quinimo extenditur ad eam, quæ noviſsimæ ſubſtitutioni dumtaxat adſcribitur, *leg. Talis Scriptura* 30. §. *fin. D. de Legat.* 1. *leg. fin. D. de Reb. dub.* Quia de natura incompatibilitatis eſt, vt vniverſos capiat ſucceſ-

ceſ-

cessores, nisi expreſsim, & diſſerte ad aliquem, vel aliquos reſtringatur, Roxas *vbi proximè num* 38.

16. Aſſertiones hucuſque firmatæ ſunt omninô perſpicuæ, quia inſtitutionis ſeries eas nuncupatim exhibet, probatque. Articulus tamen, qui reſtat diſcutiendus, eſt aliquantulum obſcurus, ſed huius examinis præcipuus. Quæritur ergò vtrum incompatibilitas Maioratui, *de los Solares*, adſcripta, ſit linealis, hoc eſt, vtrum adficiat vniverſos Filios, etiam ſecundi, vel vlterioris gradus, & alios Deſcendentes Primogeniti, qui Succeſsionem *de los Zanogueras*, agnovit, ſintque præferendi omnibus illis Fratres eius, vtpotè diverſas lineas conſtituentes?

Eſt etiam linealis.

17. Hanc quæſtionem toto marte diſceptant noſtrates, nec ſibi conſentiunt. Præſertim *D. Ioan. de Solorç.* qui pro Filio ſecundo Primogeniti ſuffragium tulit, *tom. 2. de Iure Indiar. lib. 2 cap. 19. n. 56. & 57.* in contrariam Sententiam ivit D. Ioan. del Caſtill. *lib. 6. Controverſ. cap. 178. ex num. 7.* cui ſubſcripſere D. Ioan Baptiſta de Larrea *deciſ. Granat.* 51. Robles *de Repræſentat. lib. 2. cap. 6.*

18. Sedat hoc bellum Roxas *part. 7. cap. 6. ex n. m.* 34. cum fœdere diſtinctionis. Si ſubſtitutiones Secundogeniti ſunt perſonales, Filij Primogeniti alterum Maioratum agnoſcentis, qui ſecundum, tertium, aut vlteriorem gradum in illius Progenie tenent, præferuntur, per Regulam Text. *in leg. 1. §. Qui habebat, D. de Bonor. poſſ. cont. Tabul.* Si ſunt lineales, excluſio Primogeniti cunctos illius Filios tranſcendit, & ad Fratres eiuſdem Secundogenitos ſucceſsio recurrit, ac in eorum Deſcendentibus continuatur. Quam Sententiam amplectuntur Olea *de Ceſſ. Iur. & action. in Annotationibus poſt Tractat. ſub Reſponſione ad Speculum Iur.* D. Emmanuelis de Vedoya *num.* 20. & Adauthor Roxas *dict. part. 7. num. 36 cap. 6.*

19. Eſtque diſſertum illius fulcrum, *leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* in eis verbis: *El Hijo mayor, que en las dichas dos Caſas, aſsi juntas por Caſamiento, podia ſuceder, ſucede ſolamente en vno de los tales Mayorazgos, en el mejor, y mas principal, qual èl quiſiere eſcoger: y el*

Hijo, ò Hija segunda, suceda en el otro Mayorazgo. Y sino huviere mas de vn Hijo, ò vna Hija, que aquel los pueda tener por su vida. Y si aquel Hijo, ò Hija huviere dos Hijos, ò Hijo, y Hija, se dividan, y aparten los dos Mayorazgos, segun avèmos dicho.

20. Hæc Sanctio, licet apud Valentinos vim Legis non habeat, in gradu tamen probabilitatis summam præstat Sententiæ, quam astruimus: quia amplissimus Areopagus illam condixit, & Nostrorum Iuris Consultorum Proceres rogavere, vt in simili ratiocinantur Solorç. *de Iur. Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 38. & tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 62.* Excellentis. Cresp. *observat. 1. num. 128.*

21. Dicuntur substitutiones lineales, quando concipiuntur cum hac voce, *Secundogenitus*: quia illa ex proprietate sermonis fertur in lineam discretam, quam quisque Fratrum sibi constituit; secus, ac Filij Primogeniti, possessionem incompatibilis ingresi, qui ad lineam Patris pertinere dicuntur, licet inter se, tot libet, quot illi sunt efforment lineas ad affectum nempè succedendi in Maioratu Parentis, Giurba *de Succes. Feudor. §. 2. gloss. 10. num. 28.* Adaucthor Roxas *part. 8. cap. 7. num. 28.*

22. Illa substitutionum formula legitur in hac Maioratus institutione: quam sepius equidem invitatur *secundus Filius* ad Succesionem, supresso omnium Nomine: qui certè modus substituendi idem valet, ac adequatè convertitur cum altero *Secundogenitus*, & vterque lineám connotat, D. Ioan. del Castill. *lib. 5. Controvers. cap. 178. ex num. 1.* plenè Roxas *part. 8. cap. 7. num. 17. & 18.*

23. Et hoc insuper, quod in cunctis substitutionum gradibus vocat Filios secundo, & tertio genitos, Hieronymæ de Soler, suæ Sororis (quam in Familiæ Principem cooptavit) casu quo Primogenitus alterum de Zanoguera Maioratum agnoverit: eamque Secundo genitorum nuncupationem ad Fratres Primogeniti, non ad illius posteros dirigit, ac de illis, non de istis prædicari iubet, & quam evidentius disponit in Clausulis 7. 8. 9. & 10. omninò relegendis, quod etiam Iure Commu-

muni magis consentaneum videtur, vt observat Larr. *decij Granat.* 51. *n.* 16. *&* 19. Roxas *de Incompat. part.* 8. *cap.* 7. *num.* 18.

Asseritur ius sucessionis erga Dominam Marianam de los Cobos Zanoguera.

24. Consociata vtriusque Primogenij successione, apud Domnam Concordiam Dominguez de Zanoguera, vnicam vtriusque Familiæ Descendentem, iuxta Legem à Testatore in primis Codicillorum Tabulis dictam (& quidem non otiosè, quia similis Maioratuum difformium adunatio valdè apud Interpretes vexatur, vt colligere licet ex adductis à Roxas *part.* 8. *cap.* 7. *ex num.* 25) in Filijs suis reddivixit incompatibilitas, qua sese collidunt, & Iuris ministerio inter ipsos divisi, ac separati fuerunt.

25. Inde exordium habere cœpit capacitas ineę à Domna Mariana de los Cobos constituta, ad succedendum in altero eorum Primogeniorum. Erat quippê Filia quarto loco nata prædictæ Domnæ Concordiæ: Inde sublatis de medio duobus Fratribus, qui illam præcesserant, fecit sibi locum Secundægenituræ, vt expressim cavetur *in Leg. Castellana* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* in illis verbis: *Y si aquel Hijo, ò Hija huviere dos Hijos, ò Hijo, y Hija, se dividan, y aparten los dos Mayorazgos, segun avèmos dicho.*

26. Hoc ipsum, quod Lex Castellana in amplissimis Maioratibus stabilivit, procedit attento Iure Communi in incompatibilibus ex dispositione Hominis, quia par eos nectit ratio, Roxas *part.* 8. *cap.* 8. *num. fin.* ibi: *Si Filius successor non habeat Fratrem, tunc videtur, quod vnicus Filius retinere valeat duos incompatibiles Maioratus pro tempore vitæ suæ: & si decedat cum duobus, pluribusvè Filijs, vel Filiabus, inter eos, vel eas divisio fiat.*

27. Ratione ineluctabili; quia cum provisio incompatibilitatis, vtpotè realis, afficiat vniversos Successores; si illa interdum suspendatur propter penuriam eorum, & sic propter impedimentum temporale; eo cessante pluribusque agnascentibus Consanguineis, rùrsus Primogenia dividi debent, & antiquus succedendi ordo, quasi postliminio restitui: Argum. Text. *in leg. Ex facto* 43. *D. de Vulgar. & pupil. substit.*

28. Equidem permissiones quæcumque, ac indul-

dulgentiæ, quas inopia, vel Hominum, vel facultatium induxit, *vt in leg. Generaliter* 3. *§. Spurios, D. de Decurionib. leg. Vt gradatim* 11. *§. Quotiens, leg. Honor* 14. *§. fin. leg. Æstimationem* 16. *§. fin. D. de Munerib. & Honorib. leg.* 2. *Cod. Qui ætate, vel professione se excusant, lib.* 10. *novell.* 1. *quomodo oporteat Episcopos, cap.* 16. gradu ſuo ſiſtunt, vltrà non progrediuntur, renaſcente vbertate, alternante fortuna, Text. *in leg. Cura* 4. *§.* 1. *D. de Munerib. & Honorib.* vbi Vlpianus: *Deficientium facultatibus, ad munera, vel honores, qui indicantur excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt. Nam ſi ex voto honeſtis rationibus Patrimonium incrementum acceperit: ſuo tempore an idoneus ſit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit æſtimabitur.* Conſonant Text. *in leg. Ab his honoribus* 10. *D. de Vacat. & excuſat. muner. leg. Semper* 5. *§. Negotiatores, D. de Iure Immunit. leg.* 1. *in principio, Cod. de Caduc. tollend.*

29. Et generaliter, *quod pro neceſsitate temporis* (pronunciat Canon 41. cauſ. 1. quæſt. 1.) *Statutum eſt ceſſante neceſsitate, debet vtique ceſſare pariter, quod vrgebat; quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.* Ad ſtipulantur Text *in canon quod pro remedio* 7. *cauſ.* 1. *quæſt.* 7. *can. ordinationes* 5. *cauſ.* 9. *quæſt.* 1. *can. vltim. diſt.* 77. *cap. Poſt translationem* 11. *de Renuntiat.* ibi: *Egritudinis impedimento ceſſante*: locupletiſsimus teſtis de hoc Argumento Tiraquell. *in Tract. cauſa ceſſante, num.* 91. *&* 118.

30. Quod autem Domna Mariana de los Cobos, tertia, ſeu quarta Filia fuerit Matris ſuæ Domnæ Concordiæ, non eſt impedimento, quominus Iura Succeſſionis adquiſierit: quia ſublatis de medio Fratribus, qui illam præceſſere, ſubintravit gradum illorum, & locum ſibi, ac poſteris ſuis fecit ad ſuccedendum in Maioratu Secundægenituræ, vt latè fundat Roxas *part.* 8. *cap.* 7. *ex num.* 1. vbi eius Adaucthor *ſub num.* 4. apodictic. reſpondet. Iul. Capon. *qui tom.* 4. *diſcep.* 237. contrarium defenſaverat.

31. Hæc neotherici paradoxa Sententia in Maioratibus Hiſpaniæ (vt interim admoneam) nihil valet: eſto

esto tamen alicuius pretij esset, ab hoc; *de los Soleres*, quem exequimur, procul exorbitat; quia Testator expressim Filios tertio gradu natos, in locum demortuorum substituit, & Secundægenituræ capaces reddit, vt in Clausula 20. ibi: *Esto declarado, y ajustado, que si el Hijo mayor de mi Hermana muriesse sin Hijos, ni dexar Descendencia; en dicho caso, quiero, que el Heredero de mis bienes, y herencia, sea el tercer Hijo de mi Hermana, siendo el segundo Hijo de mi Hermana Heredero de los Zanogueras.*

32. Hæc equidem tertio loco nati substitutio, adinstar regulæ scripta, Glossam agit quoad cæteras, quæ in Testamento, vel leguntur, vel comprehensæ censentur, *leg. 3. §. Filius intermedias, D. de Liber. & Posthum. leg. Qui Filiabus 17. leg. Si servus plurium 50. §. fin. D. de Legat. 1. leg. Quisquis 95. D. de Legat. 3.* Cafanat. *cons. 17 ex num. 8. & alibi passim.* Quod autem Domna Mariana quarto loco nata fuerit ad quæstionem nominis pertinet, aærem verberat, *leg. 1. C. de Success. edicto.*

33. Habet etiam Secundogenitura repræsentationis beneficium, quo, vel medio Domna Mariana, ac illius tota progenies, Iura Successionis sibi quæsierunt. Observat Roxas *part. 8. cap. 7. num. 19.* in hæc verba: *Ex inde teneas, quod si Secundogenitus vocatus sit ad Successionem alterius Maioratus incompatibilis, licet præmoriatur, succedet eius Filius, vel Filia maior, & alij ex eius linea Descendentes, eodem Iure quo Pater Secundogenitus successurus erat, si viueret, ex leg. 40. Tauri* (quæ in Aragonijs ditionibus peræque viget Leon *decis. 109. ex num. 11.*) & ita tenent loquentes de Filio Secundogeniti præmortui ad hoc, vt præferatur Patruo, sivè Primogenito, sivè Tertiogenito, Paul. Paris. *cons. 72. lib. 4.* Bartholom. Socin. *cons. 252. volum. 2.* Tiraquell. *de Primogen. quæst. 41.* Mart. *de Succes. legal. part. 1. quæst. 11. art. 3. nu. 6.* relati ab Amat. *Var. resolut. cap. 1. num. 82.*

34. Nec minimum obstat, quod interdum Familiæ Primogenitus vtrumque Maioratum tenuerit, vsurpaverit: quia vacatio non metitur penes possidentem

 de

de facto, sed penes eum, qui de Iure, & secundum Leges institutioni præscriptas succedere debuisset, Matienç. *in leg.* 5. *gloss.* 3. *num.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Roxas *part.* 4. *cap.* 1. *nu.* 86. Antunez *de Donat. Reg. Coron. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 59.

35. Iam vt appareat, Domnam Marianam de los Cobos, primas habere ad succedendum in Maioratu *de los Soleres*, vel in altero *de los Zanogueras*. Secundum institutionis præscriptum: quod adeo perspicuum, & dissertum est, vt inepte interpretativum, seu coniecturale dixeris. Si quid autem paraphrasim desiderat, vel tantilla ex pensione adiuvatur, illud certè ad interpretationem declarativam referendum est, quæ vti consona naturæ, Patrijs Valentinorum Legibus non proscribitur, Excellentissim. Crespi *observat.* 1. *ex num.* 67.

Asseritur huic maioratui qualitas simplicis Masculinitatis.

36. Sederat animo, de qualitate Maioratus *de los Soleres*, nullam intexere disputationem, quod videam rei contestatæ haud consonam esse; verum in gratiam Clientuli, qui me ad hæc allexit officia, & D. Emmanuelis de Pando, qui vti Filius Primogenitus præfatæ Domnæ Marianæ de los Cobos, huic se obtulit liti, pauca, vel invitus subiungam, quæ illius rei cognitioni indiculo serviant, nec moram traxero, quia res satis perspicua est.

37. Constat siquidem mentem Fundatoris eo perductam fuisse, vt Masculi ex Progenie Sororis surrecturi, hoc vno, quod Masculi sint, neglecta imaginariæ, & adumbratæ agnationis contemplatione, primum locum in Successione huius Primogenij sortiantur, vt disserte evincitur ex Clausula 12. in illis verbis: *La qual Succession venga en todos tiempos en los Hombres.* Quæ extra omnem aleam simplicem Masculinitatem denotant.

38. Tum, quia Masculos quoslibet sine delectu originis præferunt, vt docet communis, & celebratissima Interpretum Sententia, Socin. *in leg. Gallus*, §. *Et quid si tantum, num. fin.* D. *de Liber. & Posthum.* Molin. *de Hispanor. Primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. & 49. & ibidem Add. *vsque ad num.* 50. Anton. Fab. *de Errori-*

ribus Pragmaticor. decad. 18. errore 8. & tribus sequentibus, D. Ioann. del Castill. lib. 2. Controversiar. cap. 4. lib. 3. cap. 29. lib. 5. cap. 92. num. 15. lib. 6. cap. 103. num. 6. cap. 129. 131. 132. & 133. Larr. decis. Granatens. 34. & decis. 54. num. 1. copiosè Roxas de Incompatibilit. part. 1. cap. 6. §. 22. num. 318. & ibidem illius Adauctor ex num. 351. novissimè Torre de Maioratib. Italiæ, part. 1. cap. 25. §. 24 per totum.

39. Tum, quia illa voce *Hombres*, significavit Testator se Virilem Sexum desiderasse, non animo gentilitio, sed vt aptius, & industrius bona Maioratus farta tecta conservarentur, leg. Titia cum Testamento 34. §. Lucius Titius 6. & ibidem Bald. num. 20. D. de Legat. 2. Vt Masculos alienos Fœminis Successoribus maritandos, ab illorum dilapidatione (inquam sæpè numero proclives sunt) arceret; & si quid de Principe, & Republica strenuis facinoribus mereri possent, id omne Consanguinei Institutoris, non extranei, & sola affinitate coniuncti, assequerentur, inque ceras suas referrent, quæ simplicis Masculinitatis struendæ solent esse rationes; vt per Sousam in leg. Fœminæ; num. 47. D. de Regul. Iur. Roxas de Incompatibilit. part. 1. cap. 6. §. 22 num. 319.

40. Hoc sensu accipienda est Clausula 18. in verbis: *De tal manera, que la Sucession de mis bienes, y herencia, vaya à los Varones, aviendo Varones, y sino en las Mugeres.* Harum enim intermixtio agnationem relegat, Bald. cons. 473. lib. 5. Molin. de Hispan. Primogen. lib. 3. cap. 5. num. 50. Valençuel. cons. 97. num. 43. Cassanat. cons. 4. num. 205. 211. & cons. 23. num. 4. Larr. decis. 34. num. 29 Rosa consult. 69. num. 22. Torre de Maioratibus Ital. part. 1. cap. 25. §. 12. num. 140. Adeo vt licet præcedentes Masculorum substitutiones concipiantur cum illo ligamine ex: veluti, *Masculi ex Masculis*, quod agnatitiam qualitatem importare solet, Gratian. discept. 282. num. 18. Rosa consult. 69. num. 85. Rota decis. 69. num. 22. part. 17. recent. perdit tamen, & exhauritur eam vim, si substitutæ Fœminæ proponantur, vt in specie observat Larr. decis. 34. num. 43.

41. Nec valet dicere sæpius geminatam Masculorum

rum substitutionem, quæ in hac Maioratus institutione legitur, saltim inducere agnationem fictam, adumbratam, seu impropriam, quæ legibus veræ agnationis regitur, vt per Mieres *part. 1. quæst. 51. num. 9.* Larrea *dict. decis. 34. num. 2.* Roxas *de Incompatibilit. part. 1. cap. 6. §. 21. num. 310.* Quia hæc superinductio longè distat à contextu, & propria substitutionum conceptione, quæ totiens cum Fœminis intermixtæ, & de Cognatis semper factæ, illum durissimum sensum removent, D. Ioan. del Castill. *lib. 6. Controvers. cap. 133. num. 13.* vbi hæc habet.

42. *Quamvis inquam ita Testator, institutor vè Maioratus disponere possit, cum respectu eorum, quos ad Successionem invitavit, Iura dumtaxat Cognationis, non agnationis haberet; atque ita vocatis Cognatis voluerit conservare agnationem Consanguinei ipsius, aut Consanguineorum, in quorum Persona Maioratum instituit, sicuti agnationem cuiuslibet extranei conservare posset, vt dixi: Quoniam in Testamentis est pro ratione voluntas, eaque primum locum obtinet, & pro Lege servari debet, vt Iura vulgatissima exclamant: attamen in dubio id præsumi non debet, nec minus agnationis consideratio induci, nisi ea expressa fuerit. Immò eo ipso, quod à Fœmina, aut etiam Masculo Cognato tamen, & in favorem eorum, qui Cognati essent dumtaxat, vel extranei non agnati, Maioratus institutus sit, agnationis consideratio, & coniectura excludi debet omninò; & etiam si Masculorum vocationes reiteratæ, atque sæpius repetitæ fuerint, & Masculi. Ex Fœminis suo loco, & gradu admittendi erunt, nec à Masculis in remotiori gradu, aut linea existentibus excludi poterunt, quamvis à Masculis procedant: nisi expressè ita dispositum fuerit: sicuti multorum Interpretum authoritate, & sententia, ita in terminis scribentium adnotavi, & comprobavi suprà.* Concordat Vela *dissert. 49. num. 11. 82. 95. 105. & 106.*

43. Rùrsus agnatio imaginaria exigit expressam, & litteralem Fundatoris provisionem, quam si demeris, necesse est descendere ad censuram Maioratus Regularis, vel vt plurimum, simplicis Masculinitatis: Probat eggregie D. Ermenegild. de Roxas *de Incompatibil. part. 1. cap. 6. §. 21. num. 312.* in hæc verba: *Ab hinc sum semper,*

per ; & constanter in Sententia , quod nisi expressis verbis dictum sit , succedant de Masculo in Masculum ex Fœmina, *non datur, nec admitti vnquam debet agnatio fictitia.* V. g. nisi dicat Institutor : *Sucedan en este Mayorazgo los Hijos , y Descendientes de tal , ò de tales Hembras , por via de Agnacion, ò Varonia, ò sucedan los Hijos, y Descendientes Varones de tal, ò tales Hembras, de Varon en Varon.*

44. Apparet ergò repetitam Masculorum substitutionem , quæ in hac Maioratus institutione legitur, dumtaxat inducere simplicis Masculinitatis qualitatem: quia Fundator agnationis veræ, & fictæ penitus immemor, illam prætulit in remotioribus gradibus , Fontanella *de Pact. Nuptiab. tit.* 1. *clau*s. 4. *gloss*. 25. *à num.* 12. Sesse *decis*. 254. 309. & 374. Aug. Barbos. *appellat.* 141. *num.* 3. Fussar. *de Substitut. quæst.* 404. *num.* 7. & 20. Data providentia, vt ex illis assumpti Viri, Fœminis graduum anteriorum quodammodo postergatis , trium millium librarum dotalitio subvenirent , vt in Clausula 11. & 12. Quæ certè omnem superat difficultatem , Socin. Iun. *cons.* 114. *num.* 18. *lib.* 1. Senior *cons.* 63. *sub num.* 11. *lib.* 3. Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 25. *num.* 24. *ad medium, & cons.* 70. *num.* 12. *lib.* 3. Fussar. *de Substit. quæst.* 403. *num.* 107.

45. Vbi autem Maioratus hanc simplicis Masculinitatis censuram induit, quotquot eo Sexu, donati fuerint , etiam in distantibus gradibus constituti , præferuntur Fœminis proximioribus , immediatè ab agnatis Descendentibus: quia esto eorum sorti adnumerentur, *leg. Pronunciatio* 195. §. *fin. D. de Verbor. significat.* Masculi tamen non sunt , Font. *de Pact. Nup. tit.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 15. *num.* 13. Pereyr. de Castr. *decis.* 59. *num.* 2. & 3. Torre *de Maioratib. Ital. part.* 1. *cap.* 25. §. 24. *num.* 148. Roxas *de Incompatibilit. part.* 1. *cap.* 6. §. 22. *num.* 324. *versic.*

46. *Tamen advertendum est , quod in Maioratu simplicis Masculinitatis, id est, vbi simpliciter sunt Masculi vocati, si agnatio evidentissima non fuit contemplata , succedere debet regulariter omnis Masculus, tàm Agnatus , quàm Cognatus, ademptis de medio omnibus Fœminis : taliter, quod etsi concurrant ad Successionem Maioratus , Masculus descen-*

dens ex Fœmina, & Fœmina ex Masculo, succedit Masculus, Fontan. *de Pact. Nupt. tit. 1. claus. 4. gloss. 15. num. 13.* Gabriel Pereyra de Castro *decis. 59. num. 2. & 3.*

47. Prosequitur num. 325. *Vnde ex his omnibus reprobantur DD. qui dixerunt, quod in tali Maioratu instituto sub vocatione Masculorum, seu simplicis Masculinitatis, Masculus, qui per vnam Fœminam iungitur Testatori præferri debet alij Masculo, qui per duas Fœminas iungitur.* V.g. *quando Masculus procedit vna solum Fœmina interposita, & alius Masculus duabus, aut pluribus Fœminis mediantibus,* Cephal. *vol. 4. cons. 581.* Menoch. *cons. 172. vol. 2. & cons. 315. num. 41. volum. 4.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 26. num. 29.* D. Perez de Lara *in Compend. Vitæ Hominis, cap. 30. à num. 119.* D. Ioann. Baptista de Larrea *tom. 2. decis. 54. num. 11. Nam contrarium verius est, ex Mantica, Marta, Sesse, Ramonio, & alijs suprà relatis, num. 315. Salva, &c.*